De ſancta trinitate Introitꝰ.

Enedicta ſit ſancta trinitas atqꝫ indiuiſa unitas. confitebimur ei quia fecit nobiſcū miſericordiā ſuā. pſ. Bn̄dicamꝰ patrē ⁊ filiū cum ſctō ſpiritu. Coll.

Omn̄ps ſempiterne deus. qui dediſti nobis famulis tuis in cōfeſſione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoſcere. ⁊ in potētia maieſtatis adorare unitatē. q̄s: ut eiuſdē fidei firmitate. ab oībus ſemꝑ muniamur aduerſis. Per. Lectio epl'e bti pauli apl'i Ad Romanos. xi. c.

Fr̄es. O altitudo diuitiarū ſapiētie et ſciētie dei: q̄ incōpꝛehenſibilia ſunt iudicia eius. ⁊ inueſtigabiles vie eius. Quis enī cognouit ſenſū dn̄i: aut quis conſilia rius eius fuit? Aut quis pꝛior dedit illi: ⁊ retribuet ei? Qm̄ ex ipſo. et ꝑ ipm̄. et in ipſo ſunt oīa Ipſi honoꝛ et gloꝛia in ſecula ſeculoꝛū amen. Gr. Benedictꝰ es domine, qui intueris abyſſos et ſedes ſuꝑ cherubin. ỽ. Bn̄dictus es in thꝛono regni tui et laudabilis in ſecula. Al'a. ỽ. Benedictꝰ es domine deus patrum noſtroꝛū ⁊ laudabilis in ſecula. Sequētia.

Benedicta ſemꝑ ſancta ſit trinitas, deitas ſcilicet, unitas. coequalis gloꝛia. Pater. filius. ſanctuſſpiritus, tria ſunt nomina. oīa eadem ſubſtantia Deus genitoꝛ, deus genitus, in utroqꝫ ſacer ſpiritus deitate ſocius. Non tres tamen dij ſūt. deus verus vnus eſt, ſic pater dn̄s filius ſpirituſqꝫ ſanctꝰ. Pꝛopꝛietas in perſonis. unitas eſt ⁊ in eſſentia. Maieſtas par ⁊ poteſtas. decꝰ honoꝛ eque ꝑ omnia. Sidera. maria. continens arua. ſimul ⁊ vniuerſa cōdita. Quē tremunt impia tartara colit quoqꝫ quem ⁊ abyſſus infima. Nunc omnis vox atqꝫ lingua fateat hūc laude debita Quē laudat ſol atqꝫ luna. dignitas adoꝛat angelica. Et nos voce pꝛecelſa omnes modulemur oꝛganica cantica dulci melodia. Eya ⁊ eya nūc ſimul iubilemus alti thꝛono domino laudes in excelſis. O adoꝛanda trinitas. O veneranda vnitas. Per te ſumus creati vera eternitas. Per te ſumus redēpti ſumma tu charitas. Populum cunctū tu ꝓtege. ſalua. libera, eripe. ⁊ emunda. Te adoꝛamus omnipotens, tibi canimus tibi laus ⁊ gl'ia Per infinita ſcl'a ſcl'oꝝ